

CENSURA,



Volumen hoc, quod sacram profanamque Historiam ab Origine Mundi ad Julij Cæsaris usque tempora complectitur, ex commissione Magnifici Domini Rectoris, totiusque venerabilis Consistorij, non minori animi voluptate, quam attentione perlegi. Ea hinc Stylo inest amœnitas, ea simul sine affectato verborum fastu sublimitas, ut causam habere non possint, cur ad exterorum linguas ob elegantiam eloquentiæ cordati Germani confugiant. Ea deinde hinc reperitur in explicanda temporum, gestorumque obscuritate claritas, is adest in litigantium sententiarum varietate delectus, ut planè appareat, unam dumtaxat, quæ Princeps Historici laus est, Authorem sibi pro scopo veritatem præfixisse. Ea demum sapientiâ & pietate plenissima monita Author addit, ut de eodem, quod de annalium Romanorum profundissimo scriptore Justus Lipsius, jure merito pronunciari valeat: *Hunc hominem videri in alta quadam specula rerum humanarum existere, & illinc, gnarû scientemque; proclamare: hoc cave, hoc facito: juvabit, aut lædet, ille & ille effectus erit.* Quare cum tria hæc, (1) spontaneâ scilicet suavitate fluentibus verbis, vivis velut coloribus, veterum gesta describendi peritia, (2) sollicitum veritatis studiû, (3) gravis & solida in colligendis sententijs prudentia, omnem Historiæ laudem componant; hoc ego opo, tanquam Historici Regij dignissimû partum pronuncio. Id ego, cui ex eruditissimo dumtaxat calamo Author innotuit, Censuræ loco encomium tribuo. Datum Viennæ in Colleg. 20. Martij A. 1694.

In Præfat. ad Annual. Taciti.

Imprimatur.

G. F. Sbick Dr. p. t. Rector

Magnificus.

Paulus Hansiz Soc. Jesu P. T. Generalis Studiorum Præfectus.